



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Opera Mystica V. Ac Mystici Doctoris F. Ioannis A Crvce  
Primi Religiosi Discalceati Ordinis B. V. M. De Monte  
Carmelo Et Seraphicæ Virginis Theresiæ fidelissimi  
coadiutoris**

**Juan <de la Cruz>**

**Coloniæ Agrippinæ, 1639**

Censvra Celeberrimæ Vniuersitatis Complutensis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37873**

# CENSURA

## *Celeberrima Vniuersitatis Complutensis.*



Libros istos à Ven. Admodum Pat. Fr. Ioanne à Cruce primo Carmelita Discalceato compositos, quos Eximius Dominus Rector, & Claustrum huius insignis Scholæ Complutensis, postulante Reuerendissimo Patre Generali Ordinis Carmelitarum Discalceatorum nobis examinandos commisit, vidimus, atque summo studio, ac sollicitudine legimus, & non solum non inuenimus in eis aliquid nostræ sanctæ fidei Catholicæ, bonis moribus, & SS. PP. doctrinæ contrarium, sed è contra vniuersam doctrinam in eis contentam valde vtilem & proficuum existimamus, ad directionem animarum spiritualium, & ad discernendum illusiones, quas patiuntur, dum plurimi faciunt nonnullas visiones, aut reuelationes, quibus tam sibi quam alijs nocere solent. Contra quod malum præsentissimum & efficacissimum antidotum nobis videtur horum librorum doctrina, & reuera quisquis debita cum attentione eos percurreret, comperiet peculiari Dei Spiritu, eiusdemque singulari munere Authorem illos scripsisse, subiectam materiam ita profunde, ac subtiliter pertractasse, & Scripturæ sacræ testimonia ad propositum argumenti explanasse, ac proinde propter allatas rationes, præsertim vero, quod doctrina ad eò tuta sit, & oportuna ijs, qui Magistrorum spiritualium animarum funguntur officio, imprimi debere, imò assiduo ante oculos versari, vnanimiter iudicamus. In quorum fidem propria manu & nominibus subscripsimus. Compluti 16. Maij 1618.

*Doctor Martinus de Sauregui.*

*Rector*

*Fr. Ioannes Gonzales*

*Doctor Andreas Merino.*

*M. Fr. Laurentius Gutierrez*

*M. Fr. Petrus de Quiedo.*

Subscripserunt D. Rector, & DD. Cathedratici primæ, & vespèrarum Theologiæ.

*Ita est: Ludouicus de Serna  
Notar. & Secret.*

APPROB.